



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo

Bynaeus, Anthony

Dordraci, 1682

Ab omnibus dissensum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12835

IV. Ego puto, & ἰτοιμασίαν hic minime notare *promptitudinem*, vel *præparationem*, & errare omnes in assignando hujus dicti sensu. Si ἰτοιμασία hic notaret *præparationem*, sive *promptitudinem*, non video quare voluerit hominem Christianum ea calceari Apostolus. Calceamenta apud veteres pedum quasi vincula & impedimenta sunt habita, quæ non tantum nihil conferre ad *promptitudinem* sed quam maxime obesse existimarunt. Ita Musonius Philosophus, cujus verba hæc sunt apud Stobæum. Καὶ σὺ γε ὑποδέδασθαι τὸ ἀνυποδετεῖν τῷ δουρῷ κρεῖττον. Κινδυνεύει γὰρ τὸ μὴ ὑποδέδασθαι τῷ δεδῶσθαι ἐχθρὸς εἶναι. ἢ ὅ ἀνυποδησία πολλὴν ἀλυπίαν τινὰ καὶ εὐχρίαν τοῖς ποσὶν παρέχει, ὅταν ἡσκημένοι ᾖσι:

*Nudis pedibus incedere ei qui potest melius est quam calceari. Videtur enim calceari propemodum esse quod vinciri. Sine calceis autem valde expediti & agiles sunt pedes, præsertim si adsit usus. Quod ipsum confirmat Musonius tabel-
bellariorum & cursorum exemplo, qui excalceati sua munia obierunt, ut magis expediti essent atque agiles, quomodo & ex Athletis cur-*